

in epistolam ad Hebreos VI

sensus p sensu exteriori. Qui ergo sentit que dei sunt pfectus est. **Phil. 3.** Quicūq; perfecti sumus hoc sentiamus. **1. Corin. 2.** Nos autē sensum xpi habemus. Qui vero non sentiant nisi carnalia deo placere non possunt ut patet **Ro. 8.** **Secūdo** attendēda est dispositio eius in quo est quia debet esse exercitatus. **1. Ti. 4.** Exerce te ipsum ad pietatem. Qui enim nō est exercitatus non pōt hēre rectū iudiciū qd ad hoc requirit. **Eccl. 34.** Si in multis expertus cogitabit multa. **Itē** q non est expertus pauca recognoscit. **Tertio** causa huius exercitationis: et hec est consuetudo nō scz oium sed frequētia actus. Et ideo dicit. **Pro** consuetudine scz recte agendi. **puer. 22.** Adolecens iuxta viam suam etiam cum senuerit nōn recedat ab ea. Si ergo vis esse perfectus non des te ocio: sed assuece te bonis ad uisendum. **Quarto** finis huius exercitiij: quia scz ad discretiōē boni et mali. Tunc enim perfectus est quando discretiō inter bonum et malū. **1. Sa. 7.** Sciat eligere bonū et reprobare malū. Hec autē sunt tria scz discretio inter bonum et malū. inter bonū et melius. inter malum et peius. In his enim requiritur rectitudo iudicij.

Capitulum sextum.

QUAPROPTER intermittētes inchoationis christi sermonem ad perfectionem feramur: non rursus iacentes fundamentum penitētie ab operibus mortuis et fidei ad deū. baptisimatū doctrine: impositionis quoq; manuum: ac resurrectionis mortuorū et iudicij eterni. Et hoc faciemus: siquidem pmiserit deus. Impossibile enim est eos qui semel sunt illuminati: gustauerunt etiam donum celeste. et participes facti sunt spiritus sancti. Sustauerunt nihilominus bonum dei verbum virtutisq; seculi venturi et plapsi sunt rursus renouari ad penitentia: rursus crucifigentes sibi metipsis filium dei: et ostentui habentes

Supra apłus fecit mentionem de pontificatu xpi fm ordinem melchisedech: et ostendit tarditatē eorum quib; scribebat: hic redit ad suum ppositū. Et circa hoc tria facit. qz pmo apperit intentionē suam. **Secūdo** ostendit eius difficultatem ibi. Et hoc quidem faciemus. **Tertio** declarat suam intentionē ibi. **Confidimus** autēz. **Circa** primū duo facit. qz pmo manifestat suum ppositū. **Secūdo** exponit quod dicit ibi. **Nō** rursus iacentes. **Propositum** suū est qz pretermisiss his que perlinēt ad inchoatiōē doctrine christiane vult psequi alia altiora. **Unde** dicit. **Jam** dictūz est qz pfectis opus est solido cibo. qua ppter intermittētes inchoationē doctrine xpi p quā xps inchoat esse in nobis quod est p doctrinam s; dei. **1. Corin. 13.** Quando factus sum vir euacuati que erant puilli. **Hoc** autē fm glo. ad duo referri potest scz vel ad intellectū ut scz ex quo hō puerus est debet intermittere puerilia et vacare perfectis. **1. cor. 2.** Sapientia loquimur inter perfectos. **Vel** ad affectum. **Et** est sensus qz nō semp est standū in sensu incipientiū. sed oportet tendere ad statum perfectiorū. **Sen. 17.** **Am**

bula coram me et esto perfectus. **Hic** est duplex obiectio. **1.** pmo de hoc qz dicit intermittētes inchoationē. quia nunq; debet intermittere inchoatio. **p. 8.** **Et** dixi: nunc cepi **Job. 27.** Justificationem quā cepi tenere non deseram. **Respondeo** dicendū est qz cōtingit dupliciter intermittere inchoationē. **Vel** qm ad estimationē et sic semper debet hō esse sicut incipiēs et tendens ad maiora. **Phil. 3.** **Non** qz iam cepim aut qz iam perfecti sim. **Vel** qm ap perfectionem. et sic semp debet niri homo transire ad statum perfectum. **Phil. 3.** **Que** retro sunt obliuiscens ad ea que p̄iora sunt me extendens. **In** via enim dei non progredi est regredi. **Alia** obiectio ē de hoc qz dicit. **Feramur** ad perfectionē. **Perfectio** enim consistit in cōsilijs. **Matth. 19.** **Si** vis perfectus esse vade et vende oia et. **Non** oēs aut tenent ad consilia. **Respondeo** dicendū est qz duplex est perfectio. **Una** scz exterior que consistit in actibus exterioribus qui sunt signa interiorū: sicut virginitas. voluntaria paupertas. **Et** ad hanc non omnes tenent. **Alia** est interior que consistit in dilectione dei et proximi. **Col. 3.** **Charitatem** habentes qd est vinculū pfectionis. **Et** ad pfectiōē huiusmodi nō oēs tenent. **Et** oēs tenent ad eam tendere. qz si quis noller plus diligere deūz non faceret qd exigit charitas. **Dicit** autē feramur. et hoc fm impulsione a sp̄sancto. **Ro. 8.** **Qui** sp̄s dei agitur hi filij dei sunt. **Vel** sicut qui portati a deo qz portati in firmitatem nrām. **1. Sa. 46.** **Audite** me domus iacob et omnes ne residuū domus israel qz portamini a meo vtero. **Vel** sicut portati ad inuicem. **Gal. 6.** **Alter** alterius onera portate. **Deinde** cum dicit. **Non** rursus iacentes. **et** exponit quod dixit et intendit ostendere que sunt illa que faciūt ad inchoationē doctrine xpi. **Et** videtur similitudine. **Per** fides enim aīa edificat in sp̄ali edificio. **Sicut** qz in corporali edificio pmo ponit fundamentū: ita hic p̄ma rudimenta doctrine christi sunt quasi fundamentū. **Sed** contra qz infra. **11.** **ponit** fides esse fundamentū. **si** des autē vna est. **Eph. 4.** **Unus** dñs: vna fides: vnus baptisima. **hic** autē ponit sex fundamenta. **qz** videt qz male. **Respondeo** dicendū est qz fides fundamentū est virtutū. **Ita** autē que ponit hic sunt fundamentum doctrine christi. **Dicit** non rursus quasi ita firmiter ponamus qz non oporteat iterato ponere. **Vel** qz iam dudū posuistis et nō oportet iterare. **Multū** autē signanter ordinat ista apłs. **Sicut** enim in via generationis et cuiuscūq; mori p̄us est recessus a termino a quo. et post accessus ad terminū ad quem. ita dicit hic qz penitentia est recessus a peccato. et sic est quasi quoddā fundamentū in ista vita. **Nemo** enim fm aug. sue voluntatis arbiter pōt nouā vitā inchoare: nisi peniteat eum preterite. **Un** dñs in p̄ncipio p̄dicatio nis dicit. **Penitentiam** agite. **Matth. 4.** **Et** ideo dicit. **Penitentia** ab operibus mortuis. **Opera** enim mortua dicuntur vel qz fm se sunt mortua vel sunt mortificata. **Res** dicit vna qm habet officij p̄prie virtutis a quo cū deficiat dicit mortua. **Opera** nra sunt ordinata ad beatitudinem qz est finis hoīs. **Et** iō qm nō ducunt ad beatitudinē nec ordinari possunt dicunt mortua. et hec sunt opera facta in peccato mortali. **infra. 11.** **Sanguis** xpi qz p sp̄m sanctū obtulit seipsum imaculatū deo emundabit conscientias nras ab opibus mortuis. **Opera** vero facta in charitate p̄ p̄ctū mortificat. qz nō hnt virtutē vt mereat vitā eternam. **1. Thim. 18.** **De**s iusticie eius qz fecerat non recors dabunt. **Penitentia** vero facit qz ista reuolunt. qz reputant ei ad vitā eternā. **In** accessu vero ad terminū p̄mo est fides. **Et** iō dicit. **Fundamentū** fidei ad deū. **Pro** p̄m autē fidei est qz credat hō et assentiat nō vifis a se s; testimonio alteri. **Hoc** autē testimonij vel est hoīs nri et istud nō facit virtutē fidei. qz homo et fallere et falli po

Explanatio sancti Thome

test. **¶** Et istud testimoniū est ex iudicio diuino. et istud verissimū et firmissimū est: quia est ad ipsa veritate que nec fallere nec falli potest. **¶** Et ideo dicit. **Ad** deum ut se assentiat bis que deus dicit. **Jo. 14.** **¶** Creditis in deū et in me credite. **¶** Secundo in isto processu sunt sacramenta fidei. **¶** Hec autē sunt duo sacramenta intrantium. de his enim tantum agit hic ap[osto]lus. **¶** Et ista sunt baptisimus et confirmatio. **¶** Secundū est confirmatio. **¶** Quāntū ad primū dicit. **Baptis-** matum. **¶** Sed contra **Eph. 4.** **¶** Una fides: unū baptisma. **¶** Non ergo plura sunt baptismata. **¶** Respondeo dicendū est triplex est baptisimus: scilicet fluminis: fluminis: et sanguinis. sed duo vltima. quia non habent vim nisi referant ad primū. quia illud oportet habere in proposito si nō assit facultas in habentib[us] vsu liberi arbitrii. **¶** Et ideo nō sunt tria sacramenta: sed vnum sacramentū per quod regeneramur ad salutem **Jo. 3.** **¶** Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spūs sancto etc. **¶** Inter ista vero baptisimus sanguinis plus habet de effectu baptisimi si iam primū fuerit in proposito vel contrarium non teneat in mente sicut patet de innocentibus qui non erant in opposita dispositione. **¶** Baptisimus enim virtutē habet ex merito passionis xp̄i. **Ro. 6.** **¶** Quicūq[ue] baptizati sumus in xp̄o iesu in morte ipsius baptizati sumus etc. **¶** Sicut ergo qui baptizati conformantur morti xp̄i sacramentaliter: ita martyr realiter. **¶** Et ideo istud baptisima habet totum effectum baptisimi quātū ad hoc quod purgat omnē culpam et penam peccati non tamē imputat caracterem aliquē. **¶** Et ideo si recipiens martyriū sine baptismo aque resurgeret esset baptizandus. **¶** Penitentia vero nō tñ habet de effectu baptisimi: quia nō tollit oēs penā licet tollat culpā. **¶** Sicut tñ martyr p[ro]format se morti christi p[er] exteriorē passionē. ita penitens p[er] interiores. **Gal. 5.** **¶** Qui xp̄i sunt carnē suam crucifixerūt cum vitijs et concupiscentijs. **¶** Ideo potest esse tanta quod tolleret oēs culpam et penā. sicut patet in latrone et magdalena. **¶** Ans de penitentia dicit baptisimus inquantū supplet baptisimi vicem. **¶** Et quia non licet illud iterari. ideo instituta est penitentia. **¶** Ista ergo dicuntur baptismata. quia habent effectum baptisimi. **¶** Sed tamen sunt unū baptisma: quia non agunt nisi illud habeat in proposito. **¶** Secundum sacramentum intrantium est in ipsa manu impositione. **¶** Hec autē est duplex. **¶** Una est miracula faciens sicut quādo christus p[er] manus impositionē curabat infirmos. **Luc. 4.** **¶** Singulis man[ibus] imponens curabat eos. **¶** Alia est sacramentalis. et hec est duplex. **¶** Una in sacramento ordinis. **1. Ti. 5.** **¶** Man[us] n[on] emini cito imposueris. **¶** Alia est in sacramento confirmationis ad renouationem. **Tit. 3.** **¶** Per lauacrum regenerationis et renouationis spiritus sancti etc. **¶** In confirmatione enim datur spiritus sanctus ad robur. **¶** Sicut enim in esse nature prius generatur homo et postea augetur et roboratur: ita in esse gratie. **¶** Tertio sequit[ur] terminus motus: ad quem motus terminatur. et ille est duplex. **¶** Duo enim expectamus. **¶** Primum est resurrectio corporis: et ista est fidei fundamentum: quia sine hac inanis est fides nostra. **1. Corin. 15.** **¶** Inres expectamus remunerationē que fiet per iudicem. **Eccl. 12.** **¶** Quanta que fiunt adducet deus in iudicium. **¶** Et ideo dicit. **¶** Iudicij eterni. non quod illud iudiciū duret per mille annos sicut voluit lactantius: sed tantū erit in momento sed dicitur eternū quia sententia que ibi dabitur in eternū durabit. **Matth. 25.** **¶** Ibi sunt hi in supplicium eternum: iusti autē in vitam eternam. **¶** Et sciendum est quod omnia ista que dicit se velle hic tractare sunt quasi quedam rudimenta fidei. **¶** Unde predicat ea nouitjs **Act. 17.** et in multis alijs locis. **¶** Deinde cum dicit. **¶** Et hoc quidem

faciemus etc. ostendit difficultatem propositi sui exequendi. **¶** Difficile enim est et in se et respectu auditorum. **¶** Ans de tria facit. **¶** Primo innuit quod in hoc potissime indigeat diuino auxilio. **¶** Secundo subdit quorundam imbecillitatem ibi. **¶** Impossibile est enim etc. **¶** Tertio adducit quādam similitudinē ibi. **¶** Terra enim que sepe etc. **¶** Dicit **¶** feramur ad perfectum: et hoc faciemus si permiserit deus. **¶** Dicitur autem dicit et plus significat. non est tantum necessarium quod dominus permittat: sed oportet quod officia faciat. **¶** Sap. 7. **¶** In manu dei nos et sermones nostri. **¶** Et ideo debet omnia ponere sub confidentia diuini auxilij. **¶** Deinde cuius dicit. **¶** Impossibile est enim etc. ostendit imbecillitatem eorum. **¶** Erant enim imbecilles ad audiendum. **¶** Sicut enim in corporalibus nullus status est ita periculosus sicut reciduantium. ita in spūalibus qui post gratiam cadit in peccatum difficultius surgit ad bonum. **¶** Et circa hoc facit tria. **¶** Primo proponit bona que peceperant. **¶** Secundo difficultatem causatam in eis ex reciduo ibi. **¶** Et prolapsi sunt etc. **¶** Tertio assignat rationem ibi. **¶** Rursus crucifigentes etc. **¶** Bona autem quedam sunt presentia: quedam vero futura. **¶** Ipsi vero in presenti habuerūt spirituales regenerationem et quāntū ad hoc dicit. **¶** Illuminati. **¶** Eph. 5. **¶** Eratis aliquando tenebre nunc autē lux in domino. **¶** Ista autē illuminatio fit per fidem. **Act. 15.** **¶** Fide purificans corda eorum. **¶** Habent etiam bonorum dei participationes. et quātū ad hoc dicit. **¶** Gustauerūt donum celeste. **¶** Donum istud est gratia et dicitur celestis quia a celis deus eam dat. **ps.** **¶** Dedit dona hominibus. **¶** Et **1. Cor. 1.** **¶** Omne datum optimum: et omne donum perfectum desursum est descendens a patre luminis etc. **¶** Est etiam in eis participatio diuine bonitatis. **¶** 2. **¶** Per quem scilicet christum maxima nobis et preciosa promissa donauit. **¶** Ideo dicit. **¶** Participes facti spiritus sancti. **¶** Omnia enim dona dantur ex amore. **¶** 2. **¶** Ideo istam participationem attribuit spiritui sancto. **¶** Est autem participatio partem capere. **¶** Solus autem christus spiritum sanctum habuit ad plenitudinem. **Jo. 3.** **¶** Non enim ad mensuram dat deus spiritum. **¶** Alii enim facti de eius plenitudine receperunt et participes facti sunt: nō quidem substantie: sed distributionis eius. **¶** Supra. 2. **¶** Et varijs spiritus sancti distributionib[us]. **1. Corin. 12.** **¶** Diuisiones gratiarum sunt idem autē spiritus etc. **¶** Item in presenti habuerūt doctrine eruditionē. **¶** Et quāntū ad hoc dicit. **¶** Gustauerunt donum quia est verbum vite eterne. **Jo. 6.** **¶** Domine ad quem ibimus. verba vite eterne habes. **ps.** **¶** Quas dulcia faucibus meis eloquia tua. **¶** Dicit autem gustauerunt: quia non solum intellectus sed etiam reficit affectus in quo est quedam saporatio. **ps.** **¶** Gustate et videte quomā suauis est dominus. **¶** Bona autē futura habuerūt in spe. **Ro. 8.** **¶** Spe salui facti sumus. **¶** Et ideo dicit. **¶** Virtutes seculi venturi. **¶** Horum autē quedā habent non solum in spe: sed etiam in quadā inchoatione et illa sunt dotes anime scilicet visio: tentio: et fructio. **¶** et illa habentur in quadā inchoatione inquantum fides spes et charitas que istis respondent habentur in presenti. **¶** Alia autem sunt bona scilicet dotes corporis: scilicet subtilitas: agilitas: impassibilitas: claritas: que solum habentur in spe. **¶** Consequenter cum dicit. **¶** Et prolapsi sunt etc. ostendit difficultatem ad resurgendum causatā ex casu. **¶** Ibi notandum est quod non dicit lapsi simpliciter. sed prolapsi id est totaliter lapsi. quia si lapsi tantum essent non ita difficile foret resurgere. **¶** Prover. 24. **¶** Septies in die cadit iustus et resurgit. **¶** Si diceret apostolus illos qui prola

in epistolam ad Hebreos VI

psi sunt impossibile esse resurgere. tunc posset dici qd in hoc notat maximam difficultatem resurgendi: scilicet et propter peccatum, et propter superbiam sicut patet in demonibus. Sed quia dicit illos qui semel prolapsi sunt non posse renouari etc. nec est aliquod peccatum in hoc modo a quo posset homo penitere. ideo aliter est intelligendum. Unde sciendum est qd ex hoc loco sumpsit nouatus quisdam qui fuit presbyter ecclesie romane occasione errandi. Voluit enim qd nullus post baptismum poterit ad penitentiam resurgere. Sed ista positio falsa est sicut dicit athanasius in epistola ad serapionem quia ipse paulus recepit in cestuosum corinthum. Sicut patet. 2. corinth. 2. et similiter Gal. 4. quia dicit. Filii mei quos iterum parturio etc. Est ergo intelligendum sicut dicit augustinus. qd non dicit qd impossibile est penitere: sed qd impossibile est rursus renouari. id est baptizari. Cyr. 3. Per lauacrum regenerationis et renouationis etc. Nunquam enim posset homo sic penitere qd posset iterum baptizari. Et hoc dicit apostolus: quod secundum legem iudei multos iterum baptizabant. sicut patet. Marc. 7. Et ideo ad istum errorem remouendum dicit hoc apostolus. Deinde cum dicit. Rursus crucifigentes etc. assignat rationem quare baptismus non iteratur. quia baptismus est quedam configuratio mortis christi sicut patet Ro. 6. Quicquid in christo baptizati sumus in morte ipsius baptizati sumus etc. Nec autem non iteratur: quia christus resurgens ex mortuis iam non moritur. Rom. 6. Qui ergo iterum baptizant rursus christum crucifigunt. Et aliter quod denotet repugnantiam gratie christi. ut scilicet velint frequenter peccare et post iterum baptizari. ut scilicet non referat ad iterationem baptismi sed ad lapsum eorum qui peccant. Qui scilicet quantum in ipsis est rursus crucifigunt christum. quia christus pro peccatis nostris mortuus est semel. 1. petri. 3. Cum ergo peccas baptizatus quantum in te est das occasionem ut iterum christus crucifigatur et sit contumelia christo. in cuius sanguine te lotum maculas. Apoc. 1. Diluxit nos et lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo.

Lectio secunda.

Terra enim sepe venientem super se bibens imbrem et germinans herbam oportunam illis a quibus colitur accipit benedictionem a deo. proferens autem spinas ac tribulos reproba est et maledicto proxima. cuius consumatio in combustionem.

Supra ostendit apostolus difficultatem ad suum propositum exequendum puenientem ex eorum culpa: hic adducit ad hoc quandam similitudinem. Et primo quantum ad bonam terram. Secundo quantum ad malam ibi. Proferens autem etc. Sciendum est autem qd secundum unam expositionem supra voluit apostolus illos qui semel baptizati sunt non posse iterum baptizari vel renouari ad penitentiam. Alia autem est expositio que ibi dimissa fuit qd impossibile est eos qui in hac vita semel illuminati sunt rursus in alia vita renouari ad penitentiam. Eccles. 9. Quicquid potest manus tua facere instanter operare: quia nec opus: nec ratio: nec sapientia: nec scientia est apud inferos etc. Job. 9. Venit nos quando nemo potest operari. Rursus ergo exponatur. id est post hanc vitam. Et huius ratio est. Duo enim causant penitentiam. Unum est quod dat efficaciam. scilicet meritum passionis christi. 1. Joban. 2.

Ipse est propiciatio pro peccatis nostris. Aliud autem est exemplum penitendi quod habemus in christo per considerationem. scilicet considerando austeritatem. paupertatem et tandem passionem. 1. petri. 2. Christus passus est pro nobis vobis relinquens exemplum etc. Sic ergo intelligitur quod dicit. Rursus crucifigentes. id est crucis christi fructum percipientes. et hoc quantum ad id quod dat efficaciam penitentiae. Et ostentui habentes quantum ad exemplum penitendi. Sic accipitur ostentum in bonum. Ista vero similitudo que ponitur hic de terra. potest referri vel ad id quod supra dictum est. Feramur ad perfectionem. et tunc erit sensus qd si feramur habebimus benedictionem sicut terra bona. Vel potest contumari ad dictum immediate secundum expositionem vtriusque siue de baptismo siue de alia vita. Ista tamen de baptismo magis est literalis. Et sic est sensus. Sicut terra culta si iterum profert spinas non colitur: sed comburitur: sic homo peccans post baptismum ulterius non abscolitur. Et tangitur circa bonam terram. Primo beneficium impensum. Secundo fructum quem profert. ibi. Et generans herbam etc. Tertio premium. ibi. Accipit benedictionem etc. Terra ista est cor humanum. Uce. 8. Quod autem ceciderit in terram bonam hi sunt qui in corde bono et optimo etc. Dicitur terra quia sicut terra indiget pluuia: ita homo indiget gratia dei. ps. Visitasti terram et inebriasti eam. Esai. 55. Quos modo descendit ymber et nix de celo et illuc vltra non reuertitur: sed inebriat terram et infundit eam et germinat re eam facit etc. Sed beneficium quod percipit est doctrina fidei quasi ymber superueniens quam dominus pluit in cordibus auditorum mediantibus predicatoribus et doctoribus. Esai. 5. Mandabo nubibus ne pluant super eam ymbrem. Job. 36. Effundit ymbres ad instar gurgitum qui de nubibus fluunt etc. Hunc ymbrem bibit quando quod audit intelligit: et ad illud afficitur. Esai. 55. Omnes sitientes venite ad aquas etc. Ista doctrina est desuper veniens: quia est super se et quantum ad principium huius doctrine. Quedam enim doctrina est de terra qua scilicet homo inheret terrenis. Alia est de celis que scilicet docet celestia. Iaco. 3. Non est ista sapientia de sursum descendens: sed terrena animalis et diabolica. Et post sequitur ibidem. Que autem de sursum est sapientia: primus quidem pudica est etc. Vel super se. id est super facultatem humane rationis. Eccl. 3. Plurima super sensum hominum monstrata tibi sunt. Dicit autem non semper nec raro sed sepe: quia ut dicit Augustinus. et habetur hic in glosa. Si semper vilescit. si raro non sufficit et negligitur. Job. 16. Audiui frequenter talia. Fructus est. quia generat herbam optimam cultoribus. Ista sunt bona opera que facit homo per doctrinam susceptam. Genes. 1. Germinet terra herbam virentem etc. Ista terra colitur primo a deo. Joban. 15. Pater meus agricola est etc. Colitur etiam a plato. 1. corinthio. 3. Ego plantaui apollo rigauit etc. Colitur etiam ab homine ipso. Proverb. 24. Diligenter exerce agrum tuum. Est ergo oportuna deo ad gloriam. 1. corinthio. 10. Omnia in gloria dei facite. Alijs ad meritum et ad gloriam. 1. thessal. 2. Vos estis gloria nostra et gaudium. Ipsi vero operanti ad vitam eternam. Rom. 6. Habets fructum vestrum in sanctificationem: finem vero vitam eternam. Deinde cum dicit. Accipit benedictionem a deo. ostendit premium. scilicet benedictionem diuinam. Ista autem benedictio nihil aliud est quam factio bonitatis in nobis. Que quidem in presenti vita fit imperfecta: sed in futuro erit perfecta. 1. petri. 3. Ista

Explanatio sancti Thome

hoc vocati estis ut benedictione hereditate possideatis. **Deinde** cum dicit. Proferens autem etc. agit de mala terra de qua primo supponit beneficium quod dicitur est. **Secundo** ponit malum fructum dicens: Proferens autem etc. **Tertio** ostendit penam. **Reproba** est etc. **Fructus** ergo sunt spine. id est minora peccata. et tribuli. id est maiora que pungunt conscientiam propriam. et quandoque etiam alienam: illa scilicet que sunt contra proximos. **Scilicet** 3. **Spinas** et tribulos germinabit tibi. **In** pena vero ponit tria. scilicet diuinam reprobationem. iudiciariam condemnationem ibi. **Maledicto** proxima. **Et** finale punitionem ibi. **Cuius** consumatio etc. **Quantum** ad primum dicit. **Reproba** est. **Sicut** enim predestinatio est principium remuneratio: ita reprobatio signum est condemnationis. **Ergo** aliquis frequenter rigetur preceptis salutaribus signum est reprobationis si peris stat in peccatis. **Iere. 6.** Argentum reprobum vocat eos: quia dominus proiecit eos etc. **Condemnatio** est quia proxima maledicto. **Math. 25.** Ite maledicti in ignem eternum etc. **Punitio** est cuius consumatio in combustione. **Esale. 9.** Testamentum mixtum sanguine erit in combustionem et cinis ignis.

Lectio tertia.

Qonfidimus autem de vobis dilectissimi meliora et viciniora salutis: tam et si ita loquimur. **Non** enim iniustus est deus ut obliuiscatur operis vestri et dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius: qui ministrastis sanctis et ministratis. **Cupimus** autem vnuquodque vestrum eandem ostentare sollicitudinem ad expletionem spei usque in finem ut non segnes efficiamini. **verum** imitatores eorum qui fide et patientia hereditabunt promissiones.

Quia apostolus multa que dura videbantur de statu isto dixerat: modo ne ex illis desperaret ostendit qua intentione hoc dixerit. scilicet ut ipsos a periculis retraheret. **Unde** de circa hoc duo facit. **Primo** enim ostendit fiduciam quam de ipsis habebat. **Secundo** subdit rationem confidentie ibi. **Non** enim iniustus deus etc. **Dicit** ergo. **Ira** dixi quod terra que profert spinas et tribulos etc. **Et** ne credatis quod ego tales vos reputem: **confidimus** de vobis dilectissimi et hoc propter fidem et charitatem meliora et viciniora salutis. **Ubi** commendat statum ipsorum ex duobus. scilicet ex eo quod iam erant: quia ex quo dicit meliora supponit quod erant in bono statu. et ex eo quod expectabant in futurum. **Unde** dicit. **Uiciniora** salutis. **Ro. 13.** **Hunc** autem propior est nostra salus quam cum credidimus. **Quanto** enim quis proficit in bonis tanto magis appropinquat salutis. **Sequitur**. **Tam** et si ita loquimur. id est quia et si sic loquimur. hoc est ut redamur vos cautos et hoc procedit ex charitate. **ps. Corripit** me iustus in misericordia et increpabit me. **Deinde** cum dicit. **Non** est enim iniustus deus etc. ostendit rationem confidentie que duplex est. **Una** ex bonis ipsorum preteritis. **Alia** ex promissione dei ibi. **Abrae** namque etc. **Quia** vero apostolus duo dixerat. **Unus** scilicet quod de ipsis confidebat. **Aliud** quod asperere ipsis loquebatur. **ideo** duo facit. **Primo** enim assignat rationem primi. **Secundo** rationem secundi. ibi. **Cupimus** autem etc. **Ratio** autem quare ipse de his confidat hec est. quod recordatur multorum bonorum que ipsi fecerunt. **Unde** dicit. **Confidimus** autem etc. **Et** quare? quia non est iniustus deus ut obliuiscatur etc. **Contra** **Ezech. 18.** **Si** auerterit se iustus a iusticia sua etc. **Et** paulo post ibidem sequitur.

Omnes iusticie eius non recordabuntur. **Et** ibi subditur. **Quia** via domini equa est. **Respondeo**. **Dicendum** est quod homo qui cadit post gratiam dupliciter potest se habere. **Uno** modo quod in malo perseveret et tunc deus omnes iusticias eius obliuiscit. **Alio** modo quod peniteat et tunc bonorum precedentium recordatur quod reputant sibi ad meritum. **Unde** dicit **glo.** quod mortificata reuiscit. **Sed** tunc videtur dubium quia constat quod iusticia respicit meritum si ergo iusticia domini exigit quod deus non obliuiscatur si peniteat sicut dicit **glo.** **Ergo** cadit sub merito quod resurgat a peccato. et sic mereatur primam gratiam quod est impossibile. **Respondeo**. **Dicendum** est quod duplex est meritum. **Unum** quod inuitat iusticie et istud est meritum congrui digni. **Aliud** quod solum misericordie inuitat quod dicitur meritum congrui. **Et** de isto dicit quod iustus est. id est congruus quod homo qui multa bona fecit mereatur. **Ista** enim misericordie via est adiuncta quod dicitur modo iusticie plusquam in illo qui nunquam aliquid fecit. **Et** isto modo non obliuiscit deus operis nostri et dilectionis. **Solum** enim charitati debet vitaliter na. **Joh. 14.** **Si** quis diligit me sermonem meum seruabit. **Quicquid** enim non est ex charitate non est meritum. **1. corinth. 13.** **Charitate** non habet nihil mihi prodest. **Et** ideo hic non dicit tantum operis vestri sed addit dilectionis. quia etiam sicut dicit **gregorius** non est amor dei otiosus. **Operatur** enim magna si est: si operari renuit amor non est. **1. Joh. 3.** **Non** diligamus verbo neque lingua sed opere et veritate. **Ideo** subdit. **Quia** ostendistis in nomine ipsius. **Col. 3.** **Omne** quodcumque fecistis in verbo aut in opere: omnia in nomine domini nostri iesu christi etc. **Quid** autem ostendit verum et in quo ostendit quia ministrastis sanctis. scilicet subueniendo necessitatibus sanctorum. **Math. 20.** **Quicumque** voluerit inter vos fieri maior sit vester minister. **Ro. 12.** **Necessitatibus** sanctorum communicantes. **Et** quia in omnibus est necessaria prouentio. ideo subdit. **Et** ministratis et ideo si peccastis ex diuina misericordia adiuncta iusticie dabitur ventura. **Consequenter** cum dicit. **Cupimus** autem etc. assignat rationem quare ita dure locutus fuerat. scilicet ex desiderio salutis ipsorum. **Unde** circa hoc tria facit. **Quia** primo ostendit suum desiderium. **Secundo** subdit imminens periculum ibi. **Et** non segnes efficiamini etc. **Tertio** declarat per exemplum ibi. **Terminus** imitatores etc. **Dicit** ergo non diximus ista quasi desperantes de vobis: sed magis quia cupimus vnuquodque. id est de vnoquoque vestrum. **Phil. 1.** **Testis** est mihi deus quomodo cupiam vos omnes in vobis scribis iesu christi. **Sed** quid cupimus? **Ostendere** eandem sollicitudinem. id est ut sitis solliciti ostendere per exhibitionem operis hanc sollicitudinem ad bona quam semper habuistis. **Unde** patet quod ad opera pietatis requiritur sollicitudo. **Luce. 10.** **Martha** martha sollicita es etc. **Item** ad propriam salutem. **2. tymoth. 2.** **Sollicite** cura te ipsum probabile exhibere deo. **Et** quare? **Ad** expletionem spei. scilicet ut implendo quod cepistis consequamini quod speratis. **Rom. 5.** **Spes** non confundit. **Et** hoc totum usque in finem. **Qui** enim perseverauerit usque in finem hic saluus erit. **Deinde** cum dicit. **Et** non segnes efficiamini etc. ostendit periculum quod est pigritia. et est segnities timor futurę bone operationis propter timorem. scilicet vel ne deficiat vel ne peniteat. **Prover. 22.** **Piger** dicit leo est in via. **Unde** piger semper allegat impedimenta. **Deinde** cum dicit. **Terminus** imitatores etc. ponit exemplum. **Quasi** dicat. **Non** sitis pigri sed magis imitamini accipiendo exemplum in prophetis. **1. Jac. 5.** **Accipite** exemplum patientie etc. **Et** sequitur **prophetas**. **Et** in alijs sanctis. scilicet **apost. 1. corinth. 11.** **Imitatores** mei estote sicut et ego christi. **Sitis** ergo imitatores eorum qui fide sine qua impossibile est placere deo. **Infra. 11.** **Et** patientia circa aduersa: hereditabitur promissiones. **Per** fidem enim formata et patientia acquiruntur hereditas promissa.

in epistolam ad Hebreos VI

Infra. u. Sancti per fidem vicerunt regna &c.

Lectio quarta.

Abrae namque promittens deus: quoniam nemi- nem habuit per quem iuraret maiorem: iuravit per semetipsum dicens: nisi benedicens benedicam te multiplicans multiplicabo te. & sic longanimitate ferens adeptus est repromissionem. Homines enim per maiorem sui iurant: & omnis controversie eorum finis ad confirmationem est iuramentum. In quo abundantius volens deus ostendere pollicitationes hereditatis immobilitate consilii sui interposuit iurandum ut per duas res immobiles quibus impossibile est mentiri deum fortissimum solatium habeamus qui confugimus ad tenendam propositam spem: quam sicut anchoram habemus anime tutam ac firmam & incedentem usque ad interiora velaminis: ubi precursor pro nobis introiit iesus secundum ordinem melchisedech: pontifex factus in eternum.

Supra apostolus ostendit causas quare de istis confidetur: & hoc propter bona que fecerunt: hic ostendit idem ex promissione facta patribus. Unde circa hoc facit duo. Primo enim premitit promissionem. Secundo assignat rationem dicitur ibi. Homines enim per maiores sui &c. Circa primum tria facit. Primo enim ostendit cui facta sit promissio. Secundo ostendit promissionis modum esse convenientem. ibi. Quonia nemi- nem habuit &c. Tertio promissionis effectum ibi. Et sic longanimitate &c. Promissio facta est abrae. Gal. 3. Abrae vixit sunt promissiones &c. Et huius est ratio. quia per fidem inherens deo. & ideo per fidem credimus promissiones. Primum enim exemplum fidei fuit in abraam. & hoc quia primus recessit a consortio infidelium. Gen. 12. Egredere de terra tua &c. Secundo quia primum aliquid credidit quod erat supra naturam. Ro. 4. Qui contra spem in spe credidit &c. Unde Gen. 15. Credidit abraam deo & reputatum est ei ad iusticiam. Primum enim accipit signaculum fidei. scilicet circumcisio. Ro. 4. Modus promissionis est quantum ad duo. Primo quantum ad iuramentum interpositum. Secundo quantum ad verba promissionis ibi. Nisi benedicens benedicam tibi. Dicit ergo deus volens ostendere promissionem suam firmam & stabilem. quia non habuit maiorem se per quem iuraret. ps. Excelsus super omnes gentes dominus &c. Iuravit per semetipsum. Gen. 22. Per memetipsum iuravit dicit dominus &c. In quo habes exemplum quod iuramentum de se non est illicitum. quia scriptura nihil deo attribuit quod de se sit peccatum. Intendit enim scriptura nos ad deum ordinare & ducere. Ephe. 5. Estote imitatores dei sicut filii charissimi &c. Same in terdicit frequentia iuramenti. Eccl. 23. Iuratio non asuescat os tuum &c. Item iuramentum inuani. Exod. 20. Non assumes nomen dei tui inuani &c. Consequenter cum dicit. Nisi benedicens &c. ostendit modum promissionis. Quasi dicat. Non credat mihi nisi benedicam tibi: ut sit modus iurandi quasi per execrationem. Dicit autem benedicens quod pertinet ad bonorum collationem. Benedictio enim domini diuites facit. sicut dicit Prover. 10. Et multi-

plicabo te. quod etiam pertinet ad plures numerositate. Et utrumque fuit abrae promissum sicut patet Gen. 14. & 25. Inge- minat autem benedicens ut designet bona temporalia & spiritualia & continuat benedictionis. Vel benedicens benedicam in multitudine plures sancte que Gen. 22. designat per stellas celi. ubi dicit. Suscipe celum & numera stellas si potes &c. Et multiplicans multiplicabo in numerositate plures male & peruerse que ibidem. scilicet. 22. capi. designat per arenam maris. Ingeminat etiam multitudo quod est vel propter numerositatem proliis bone vel male. Vel propter continuitatem multitudinis. Vel benedicam in bonis gratie & multiplicabo in bonis glorie. ps. Quia magna multitudo dulcedinis tue domine &c. Effectus promissionis fuit quia longanimitate ferens &c. Longanimitas est non solum in faciendo magnus aliquid: sed etiam in expectando in longum. Abraam autem promissionem habuit nec unquam passus pedis terre possedit. ut dicit Act. 7. Et usque in senectutem prolem non suscepit & tamen a spe non decidit. Iaco. 5. Accipite exemplum fratres mei mali exitus & longanimitatis & laboris & patientie prophetarum &c. Esa. 51. Attende vite ad abraam patrem vestrum &c. Deinde cum dicit. Homines enim per maiores &c. ponit rationem predictorum & circa hoc facit tria. Primo enim ponit humanam consuetudinem. Secundo assignat rationem consuetudinis ibi. In quo abundantius &c. Tertio subdit fructum rationis ibi. Et per duas res immobiles &c. Consuetudo enim humana duplex ponit. Una quantum ad id per quod iuratur. Alia quantum ad effectum iuramenti ibi. Et omnis controversie &c. Illud autem per quod iuratur est maius. & hoc rationabiliter. Nichil enim aliud est iurare nisi dubium confirmare. Sicut ergo in scientiis nihil affirmatur nisi per id quod est magis notum. Ita quia nihil certius est apud homines quam deus ideo per ipsum tanquam per maius & certius iuratur. Sed contra. Quia vox enim iuratur per filium qui minor est ut cum dicit per ipsum. Aliquando vero per creaturam sicut ioseph iuravit per salutem pharaonis. Gen. 42. Respondeo. Dicendum est quod duplex est modus iurandi per deum. Unus modo per simplicem attestationem. ut cum absolute dicit per deum ita est. Quasi dicat. Testis est mihi deus quod ita est sicut dico. Rom. 1. Testis est mihi deus cui serui in spiritu meo &c. Aliquando vero per execrationem quod fit quando aliquid obligat ad vindictam deo si non sit ita. puta caput vel anima vel aliquid huiusmodi sicut iuravit apostolus. 2. corinth. 1. Testem dei inuoco in animam meam Quasi dicat. Obligo animam meam pro testimonio pro quo ipsum nomen dei assumo. Et istud est grauissimum. Per creaturam autem iuratur non in quantum est talis: sed in quantum in ipsa relucet aliquid indicium diuine potestatis. Quia enim omnis potestas a deo est Ro. 13. in quantum aliquid exercet potestatem super aliquam multitudinem si iuratur per ipsum iuratur per deum cuius potestas in ipso relucet. Et sic iuravit ioseph per salutem pharaonis. Hoc est ergo quod dicit quod homines per maiores sui iuratur. Deinde cum dicit. Et omnis controversie &c. ponit effectum iuramenti quoniam hoc consistit quod per iuramentum finit omnis controversia. Sicut enim in scientiis quando resolutus usque ad prima principia in demonstrabilia quiescit: ita diuina lege introductus est quod cum peruenit ad primam veritatem est status: quod fit quando ipsa in testimonium inuocatur. Exod. 22. Applicabilis ad deos & iurabit & sic sopit omnes questio & controversia. Deinde cum dicit. In quo abundantius &c. ponit rationem quare deus voluit iurare. scilicet ad ostendendam firmitatem promissionis sue. Unde dicit. In quo. i. eo ipso deus interposuit iuramentum volens abundanter &c. Abundans enim fuit quod promissum: sed abundantius fuit quod iuravit. Volens in quantum ostendere hereditatis pollicitationem. i. rei pollicite. Ro. 9. Qui filii sunt promissionis

Explanatio sancti Thome

nis estimant in semine. Ostendere inq̄ immobilitate. Sciendū est q̄ in his que a deo procedūt duo sunt cōsideranda. scz ipse processus rerū r̄ consiliū dei a quo talis processus causat̄. Consiliū dei est omnino immobile. *Esaie. 46.* Consiliū meū stabit r̄ omnis volūtas mea fiet. Sed dispositio est bene mutabilis. Nam dñs aliquādo pronūciat aliquid scdm̄ q̄ exigit ordo r̄ p̄cessus rerū sicut patet *Esa. 38.* Dispone domui tue: quia morieris tu r̄ nō vives. Habebat enim cursus infirmitatis q̄ ex illa moreret̄. Et similiter *Jone. 3.* Adhuc quadraginta dies r̄ niniue subuertet̄. quia ipa meruerat submersione suis ipsius. *Jere. 18.* Repente loquar aduersus gentē r̄ aduersus regnū. vt eradicet̄ r̄ destruat̄. r̄ disperdā illud. Si penitentia egerit gens illa a malo suo quod locutus sum aduersus eā agam r̄ ego penitentia super malo qd̄ cogitavi vt facerē ei r̄c. Et tūc propheta est comminatiois. Quādoq̄ vero p̄nūciat aliquid scdm̄ q̄ respicit consiliū dei eternū. r̄ super hoc deus nunq̄ penitet nec illud retrahit. *1. Regū. 15.* Triūphator in israel nō parceret penitentie nō flectet̄. Amen sciendū est q̄ quādoq̄ dñs p̄mittit aliquid sub iuramento est p̄pheta p̄destinatiois que est ostensua o iuini cōsiliū. Et ista promissio penitus inmutabilis est. *Deinde cū dicit. Vt per duas res r̄c. ostēdit fructū p̄missionis. r̄ primo ostēdit quis sit ille fructus. Secūdo quis cōsequat̄ hunc fructū ibi. Quā sicut anchorā r̄c. Fructus autē est vt spes nostra sit certa. Unde dicit. Vt habeamus fortissimū. id est firmissimū solariū spei per duas res immobiles quibus impossibile est deū mentiri. scz per deū qui p̄mittit qui nō mentit̄. *Humeri. 23.* Non est deus vt filius hominis vt mentiat̄ r̄c. Et per iuramentū in quo est maior cōfirmatio veritatis. Sciendū est autē q̄ sicut delectatio sensibilibus est experientia sensibilis r̄ memoria de p̄terito. Ita spes de futuro. *1. mach. 2.* Omnes qui sperant in ipō nō infirmant̄. *Esa. 40.* Qui sperant in domino mutabit fortitudinē: assumunt pennas vt aquile currēt r̄ non laborabūt r̄c. Habeamus inq̄ nos qui p̄fugimus a malis scz mūdi ab impugnatione hostis ad tenendā propositā nobis spem. *ps. Dñe refugiu factus es nobis. Prover. 18.* Curris fortissima nomen dñi. Ad ipam currit iustus et exaltabit̄. *Deinde cū dicit. Quā sic anchorā r̄c. ostēdit q̄ fideles promissione istam consequant̄. r̄ vñ quasdam similitudie. Comparat enim spem ipi anchorę que sicut in mari nauē immobilitat. Ita spes animā firmat in deo in hoc mūdo qui est quasi quoddam mare. *ps. Hoc mare magnū r̄ spaciosus manibus. Ita tamē anchora debet esse secura vt scz nō deficiat. Unde fit de ferro. 2. tymoth. 1.* Sicut cui credidi r̄ certus sum r̄c. Item debet esse firma vt scz nō cito a nauī remoueat̄. Ita homo debet alligari isti spei sicut anchora nauī alligat̄. Est autē differentia inter anchorā r̄ spem quia anchora in ymo figit sed spes in sumo. scz in deo. Nihil enim in presenti vita est firmū vbi ania posset firmari r̄ quiescere. Unde *Heb. 8.* dicit q̄ columba nō inuenit vbi quiesceret pes eius. Et ideo dicit q̄ debet incedere vsq̄ ad interiora velaminis. *Apostol.* em̄ per sancta que erāt in tabernaculo intelligit statū presentē ecclesie: sed per sancta sanctorū que per velū distinguebant a sanctis intelligit statū future glorie. In illo ergo vult q̄ figat̄ anchora spei nostre qui est modo velatus ab oculis nostris. *Esaie. 64.* Oculus non vidit deus absq̄ te que preparasti expectantibus te. *ps. Quā magna multitudo dulcedinis tue dñe quā abscondisti timēntibus te. Hāc ibi fixit p̄cursor noster qui ibi ingressus est. Unde *Job. 14.* Vado parare vobis locum. *Dich. 2.* Ascendit pandēs iter ante eos. Et ideo dicit q̄ ip̄e tanq̄ p̄cursor. p̄ nobis ingressus est in interio-***

riora velaminis: r̄ ibi fixit spem nostrā sicut dicit̄ in colō lecta in vigilia r̄ in die ascensiois. Amen quia intra velum nō licebat intrare nisi summo sacerdoti. *Leuit. 16.* ideo dicit q̄ iesus qui pro nobis ingressus est: factus est pontifex in eternū fm̄ ordinē melchisedech. Ecce q̄ eleganter redit apostolus ad propositū suū. Ip̄e em̄ ceperat loqui de sacerdotio: r̄ tamen fuerat multū digressus sed nūc ad istud redit sicut patet.

Capitulum septimū.

Hic enim melchisedech rex salem sacerdos dei summi qui obuiauit abraę regresso a cede regū: r̄ benedixit ei: cui r̄ decimas omnium diuisti abraę: primū quidem qui interpretatur rex iusticie. deinde autem r̄ rex salem quod est rex pacis sine patre. sine matre. sine genealogia. neq̄ initium dierum. neq̄ finem vite habens. assimilatus autē filio dei manet sacerdos imperpetuū.

Supra ap̄lus. 5. cap. probauit xpm̄ esse sacerdotē. In 6. autē cap. interposuit quedā ad preparandos animos auditorū: hic redit ad suū propositū. Intendit em̄ probare excellentiā sacerdotij xpi ad sacerdotiū leuiticū. Et circa hoc facit duo. *Primo. n.* ostēdit excellentiā sacerdotij xpi ad sacerdotiū veteris testamēt. *Secūdo ostēdit q̄ fideles debent sacerdoti xpo reuerētē subdi. Et hoc in medio decimi capituli ibi. Habētes itaq̄ fratres fiducia r̄c. Circa primū duo facit. *Primo em̄ ostēdit prerogatiua sacerdotij xpi super leuiticos ex parte persone ipsi sacerdotis. Secūdo ex parte ministerij. 8. cap. ibi. Capitulū autē super ea r̄c. Circa primū duo facit. Quia *primo ostēdit existentia sacerdotij xpi ex promissione diuina. Secūdo ostēdit necessitate sacerdotij eius ibi. Talis em̄ deceptor r̄c. Promissione vero ostēdit per illud. ps. Iurauit dñs r̄ non penitebit eū r̄c. Unde tria ostēdit ad propositū suū probandū. *Primo illud quod dicit fm̄ ordinē melchisedech. Secūdo illud quod dicit iurauit. ibi. Et quantum ē nō sine iureiurādo r̄c. Tercio illud qd̄ dicit. Tu es sacerdos ibi. Et alij quidē plures r̄c. Circa primū duo facit. Quia *primo ostēdit similitudines ad melchisedech. Secūdo ex hac similitudine p̄fert sacerdotiū xpi leuitico ibi. Intuem̄ autē r̄c. Circa primū duo facit. quia *primo describit conditōes melchisedech. Secundo ostēdit quomō conueniūt xpo ibi. *Primo quidē r̄c. Describit autē melchisedech. primo ex noie cū dicit. Hic autē melchisedech. Sic em̄ nominat eū scriptura. *Heb. 14.* Vbi habet̄ historia quā apostolus hic supponit. Et scdm̄ glo. hebrei dicit̄ ipm̄ fuisse Sem primogenitū noe. r̄ tūc quādo abraā habuit victoriā erat annorū ccc̄lxxx. als. ccc̄ix. r̄ occurrit abraę nepoti suo. Secūdo describit eū a dignitate. Erat em̄ rex r̄ sacerdos. Quāntū ad primū dicit. *Rex salē r̄c. Et scdm̄ aliquos salem dicit̄ hierusalē. Sed cōtra est hieronymus in quadā epi stola qz vt ip̄e dicit nō poterat esse q̄ ei occurreret a hierusalē quod probat ex situ. Alij autem dicit q̄ salem dicit̄ ille locus de quo dicit̄ *Job. 3.* q̄ iuxta illū iohānes baptizabat r̄ menia illius loci erant adhuc tempore hieronymi. Quāntū ad secūdū dicit. *Sacerdos dei summi. Antiquitus enim ille qui inter filios erat antiquior erat sacerdos. Sed verū est q̄ tempore abraę multus in ualuerat cultus ydolorū. Et ideo ne credat̄ q̄ esset sacerdos ydolorū addit̄ dei summi scz per essentia nō per participationē vel nuncupationē. Deus em̄ est creator om̄s*********